Tentamen medicum inaugurale, de apoplexia ... / eruditorum examini subjicit Alexander Melville.

#### Contributors

Melville, Alexander. Royal College of Surgeons of England

#### **Publication/Creation**

Edinburgi : Apud Robertum Allan, 1797.

#### **Persistent URL**

https://wellcomecollection.org/works/a8zj9bcb

#### Provider

Royal College of Surgeons

#### License and attribution


This material has been provided by This material has been provided by The Royal College of Surgeons of England. The original may be consulted at The Royal College of Surgeons of England. where the originals may be consulted. This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection 183 Euston Road London NW1 2BE UK T +44 (0)20 7611 8722 E library@wellcomecollection.org https://wellcomecollection.org






# TENTAMEN MEDICUM

INAUGURALE,

DE

# APOPLEXIA.



# TENTAMEN MEDICUM INAUGURALE,

#### DE

# APOPLEXIA,

#### QUOD,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

Ex Auctoritate Reverendi admodum Viri,

## D. GEORGII BAIRD, S.S. T.P.

ACADEMIAE EDINBURGENAE PRAEFECTI.

#### NECNON

Ampliffimi SENATUS ACADEMICI Confenfu, Et Nobiliffimae FACULTATIS MEDICAE Decreto; PRO GRADU DOCTORIS,

SUMMISQUE IN MEDICINA HONORIBUS AC PRIVILEGIIS RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS ;

ERUDITORUM EXAMINI SUBJICIT -

ALEXANDER MELVILLE,

#### SCOTUS;

SOC. REG. PHYS. EDIN. SOC.

AD DIEM 12 SEPTEMBRIS, HORA LOCOQUE SOLITIS.

E D I N B U R G I, *C U M P R I V I L E G I O*, **A P U D R O B E R T U M A L L A N**. <u>MDUCXCVII</u>,

. 2011-1 The state of the s Interior Section and Section of ALEXANDER MELVILLE 4 × . . .

#### PATRI OPTIMO,

## ANDREÆ MELVILLE,

100

DE


#### HALLFIELD, ARMIGERO,


HAS


#### STUDIORUM PRIMITIAS,

CONSECRAT

FILIUS.







# TENTAMEN MEDICUM

INAUGURALE,

#### DE

# APOPLEXIA.

AUCTORE, ALEXANDRO MELVILLE.

U TPOTE gradu tantum a paralyfi apoplexia diferepat, differtationis plenæ argumentum minus aptum videatur; istas igitur affectiones tanquam diversa ejusdem morbisstadia, aut varietates, habebimus: quia hac ratione historia erit magis per-

A

fecta ;

fecta; et morbo veniente occurrendi confilia evidentiora fient.

Apoplexiam strictiùs ita dictam, CULLENUS 10fologus, modo sequente definit :---

Motus voluntarii fere omnes imminuti, cumfopore, plus minus profundo, fuperstite motucordis et arteriarum."

#### Et fic paralyfin :

Motus voluntarii nonnulli tantum imminuti,fæpe cum fopore \*.''

Cùm autem nulla definitio cuncta morbi phœnomena complecti queat, historiam ejusdem pleniorem tradere conabimur.

SECT.

\* Vid. CULL. Synops. Nofolog. Method. Tom. II. Gen. XLII et XLIII.

2

### SECT. I.

# De Phanomenis.

HISTORIA medica, ob diverfas, quas morbus induit, fpecies, difficultate haud parva premitur : modo enim apoplexiæ, omnibus fuis numeris abfolutæ, formâ, impetum derepentè facit ; modo autem cum fignis paralyfeos plus minus generalis et diftinctæ nervis tardè obrepit, donec tandem caufâ excitante graviore, fed ejufdem generis ac illa, quæ primæ affectioni originem dedit, fuperveniente, fubito ad fummum inveterationis fuæ gradum, perfectam nimirum fenfus et motus *voluntarii* imminutionem, vel ad minorem tantum, hemiplegiam fcilicet, exurgit.

Posito morbum posteriori forma, hoc est, tarde incipere, varia diversorum stadiorum signa enumerare aggrediar.

Hebe-

3

4

Hebetudo, torpor, et fubinde vertigo, nec non capitis dolor modò fubitò obortus, modò tardè et paulatim obrepens, funt inter prima figna, quæ fe oftendunt. Somnolentia morbum formidolofiorem haud raro prægreditur : et interdum menfes, immo annos, ante paroxyfinum perftat.

Cordis et arteriarum actio nonnunquam paululum augetur : et fudores in fronte prorumpunt ; tinnitus aurium interdum, et, quod huic affine eft; fugax audiendi gravitas, adfunt. Vifus quoque fæpe minuitur, vel prorfus, ad tempus, aboletur ; alia porro oculi vitia haud raro fe oftendunt, unus enim, aut ambo rubefcunt : jamque fuffufio, aut mufcæ volitantes, vel ftrabifmus vifus duplicis phœnomena plus minus exhibens, plerumque adfunt.

Præter hæc multarum aliarum corporis partium, veluti digitorum, &c. paralyfis aftat : ægerque, inter expergifcendum, alterius corporis lateris torporem

porem nonnunquam fentit ; hoc autem levioris potius paroxyfmi effectus, quam prodromus habendum videtur \*. Loquendi organa pariter afficiuntur ; lingua titubat ; nec verba amplius diftinctè efferuntur.

Nec minus læduntur fenfus interni: memoria infignitè minuitur: hujus autem vitii plures funt varietates, quibus non minus phyficos quam metaphyficos fludere oportet.

Aliàs memoria longè aliter fe habet : modo enim res ipfæ, ex animo penitus effluunt, dum nominum recordatio intacta manet : hoc celeberrimus GRE-GORV in prælectionibus fuis illuftrat ; exemplum narrat infigne mulieris, quæ, licet rerum nomina in memoriam revocare potuerit, fe tamen filioli fui matrem fuiffe oblita eft. Contrà ægrorum exempla non defunt, qui, ut Van. SWIETEN fcribit, " Non poffunt vera rebus defignandis vocabula " inve-

\* GREG. Prælect.

6

<sup>44</sup> invenire ; manibus, pedibus, totius corporis nixu
<sup>44</sup> conabantur explicare miferi quid vellent, nec
<sup>45</sup> poterant tamen.<sup>47</sup>

Artuum tremores sæpe adsunt; incubus et infomnia horribilia hujusinodi affectiones comitantur; fanguis ex naribus sæpe erumpit; nausea et vomitione non raro adstantibus.

Postquam hæc signa per aliquod tempus plus minus gravia perstiterint, æger subito, quasi sulmine tastus, apoplexia propriè sic distâ vel hemephlegia corripitur : hoc quoque interdum, nullis signis antecedentibus evenit:

Ac velut in fomnis, oculos ubi languida preffit Nocte quies, necquiquam avidos extendere curfus Velle videmur, et in mediis conatibus ægri Succidimus ; non lingua valet, non corpore notæ Sufficiunt vires, nec vox aut verba fequuntur.

VIRG.

Morbi, five nullo monito prævio, five post figno-

bur defumandle rockbuia

rum

rum feriem fupra memoratorum, impetum fecerit, hiftoria eft admodum varia : modò enim figna funt eadem ac illa quæ definitio complectitur ; modò autem concurfu et gradu infinitè fere variantur : fopor enim adeo eft nonnunquam imo fere femper, profundus, ut fenfus externi, licet ftimuli validiffimi admoveantur, functionibus fuis peragendis prorfus impares evadant ; ita ut lux et ftrepitus parum vel nihil valeant ; hoc autem non eft perpetuum ; dantur enim exempla, in quibus ægri vident, audiunt, et tactu percipiunt.

Motus voluntarii, quoque musculi non minus quam organa sensuum afficiuntur; flaccidi et sine sensu existunt, ne quidem *cauterio actuali* excitandi: hic autem mobilitatis defectus gradu multum variat; in nonullis enim casibus, acribus admotis, solito more cientur.

Spiritus est plerumque difficilis, frequens, abnormis, et sæpe rhoncho concitatur ; hoc autem signum maxi-

7

maxima ex parte fortuitum est; minimèque morbi violentiam notat.

Convulsiones sunt sæpe generales ac validæ: interdum verò quasdam tantum corporis partes afficiunt, levesque existunt : ita ut iris sola nonnunquam patiatur.

In quibusdam cafibus alterum corporis latus convulsionibus laborat; altero fimul paralysi affecto.

Arteriarum pulsus funt admodum varii; plerumque autem, ineunte morbo, paulatim fe fubmittunt; nec raro denuo validiores ac frequentiores futuri. Dr SPENS exemplum narrat, in quo pulfus ad 9 ufque defcenderit \*; qui cafus omnium memoriæ proditorum tardiffimus eft: nonnunquam penitus deficit; et brevi iterum viget, et fupra normam naturalem afcendit; plerumque eft vali-

\* DUNCAN's Medical Commentaties 1793.

validus: modò verò præter naturam debilis existit:

Faciei color eft admodum varius, modò purpureus, modò niger Æthiopis vultum referens; nec contra defunt multa exempla quibus color erat naturalis. Oculi funt fæpe rubri, turgidi, femiaperti, ac vitrei, cum pupillis nonnunquam ampliatis \*. Mufculi oris, quod non fine magna difficultate aperiri poteft, fpafmis afficiuntur. Colli venæ turgidæ fiunt; et arteriarum carotidum pulfus nonnunquam clare etiam ad infignem diftantiam confpici poffunt, cujus rei exemplum notabile in hujus urbis nofcomio nuper vidi.

Devorandi vis vel minuitur, vel penitus deletur, et lingua paralyfi corripitur : urina modò prorfus fupprimitur ; modò præter voluntatem elabitur ; fudor aliàs tenuis, aliàs vifcidus ac gelidus prorumpit, et lympha aut fanguis ex naribus, ore, B auri-

\* JUNCKERUS, pag. 900, de Signis Apoplexiæ.

IO

auribus, aliave, qua data porta, via, profunditur.

Morbo functio evafuro, figna curfum magis flabilem ac fixum legunt : fpirandi difficultas magis magifque ingravefcit, donec tandem thoracis motus vix percipi poteft ; arteriarum ictus frequentiores ac debiliores fiunt, et demum intermittunt, vel penitus ceffant ; fpuma ex ore fluit : totum corpus gelido fudore diffluit, ægerque tandem animam efflat.

Apoplexia autem exquifitior non hoc modo femper infausté terminatur : frequentius enim in hemiplegiam definit : ægerque vitam miserrimam trahit ; donec alter, tertiusve impetus miseriæ finem imponat. Quando hæc morbi forma ægrum adoritur, ponderis in latere affecto, et interdum fluporis, fed raro doloris, fensus, percipitur. Arteriæ initio frequentes plerumque micant ; postea autem pulsus minuitur ; et interdum, licet hoc

hoc admodum raro evenit, penitus ad tempus ceffat, brevi iterum excitandus. Alvus plerumque comprimitur; in quibufdam exemplis fudor vifcidus in parte affecta obfervatur; et nonnunquam in totum corpus diffunditur \*. Cutis eft fæpe arida, et interdum, admodum autem raro, latus paralyfi non affectum convulfionibus corripitur †.

Interea musculi faciei et oris lateris affecti deorfum trahuntur; et lingua, quando exferitur, latus affectum versus pellitur ‡, functionibusque suis peragendis omnino impar evadit. Formicatio molesta fensum, qui, nervo presso, exoritur, simulans, ægrum vexat; et in parte affecta sensus quasi infectorum super eandem repentium sepe percipitur. Tremores quoque ægrum admodum sepe, et diræ

#### B 2

con-

\* HIPP. Epid. p. 766.
† HOFF. Syft. Rat. Tom. IV. p. 27.
‡ GREG. Prælect. Clin.

convultiones agitant \*. Et postquam morbus diu perstiterit, partes affectæ macie conficiuntur, et musculi plerumque rigidi fiunt †.

Tactus plus minus afficitur, non tamen penitus aboletur : plerumque autem nullam læfionem infignem patitur. Profeffor GREGORY exemplum narrat philofophorum et medicorum attentione dignum, in quo alterius lateris motus, fenfu tactus illæfo perftante, penitus abolitus erat, dum fimul lateris contrarii fenfus, mobilitate integra manente, omnino perditus reperiebatur ; adeo ut, ftimulantibus lateri paralyfi affecto admotis, nullus fenfus excitaretur ; iifdem autem partibus ultra medias vertebras applicatis, fenfus more folito illico cieretur.

Morbus in hoc stadio in mortem interdum desinit : sepius autem apoplexia iterum iterumque supervenit, ægrumque tandem rapit : et etiam in casibus, in quibus morbus hanc proclivitatem infau-

\* SENAC. de la Structure du Cœur.

+ De HAEN de Hemeplegia, p. 31.

12

fauftam non oftendit, paroxyfmi reditus femper timendus eft; quia partes vim morbi deletricem femel paffæ vigorem priftinum rariffimè recuperant; et lugenda animi debilitas femper fupereft; " Sic " ut viderim," inquit illuftris Van SwIETEN, " fa-" pientiffimis antea viris, et fortiffimis militibus " mafculum illud animi robur adeo fuiffe enerva-" tum, ut, flebilis pueri inftar, ob læviffimam cau-" fam in lachrymas folvantur \*."

SECT.

\* Prælect. Vol. II. p. 659.

SECT. II.

De Causis Remotis.

Hæ in duas species dividendæ sunt; in istas nimirum quæ homines obnoxios reddunt, et quæ in jam obnoxiis morbum concitant. Illæ, linguâ medicorum prædisponentes, hæ excitantes sive occasionales dicuntur.

### De Prædisponentibus.

NATURAM certam ac definitam fanguinis copiam curfu æquabile et conftante ad cerebrum mittere, non folum ex figura et structura cranii foraminum per quæ vasa fanguinem vehentia transeunt, sed etiam ex vasorum ipforum cranium jam ingrefforum fabrica, et curfu sinuoso, et commercio, sum-

ma cura voluisse patet. Ex hac miranda fabrica hunc æquabilem fanguinis curfum ac copiam confilio cuidam utilifimo in œconomia animalium infervire colligere fas est: necnon sensorii functiones, et diversos machinæ motus ex eodem artificio magna ex parte pendere, nobis verifimile videtur.

Quando caufæ agunt quæ curfum fanguinis abnormem caput versus faciunt, morbus, interdum, frustra repugnante naturâ, concitatur: quædam enim corporis conditiones, vel ex fabrica congenita, vel ex vitio, progrediente vitâ, collecto, naturæ conúlio haud parum adversantur; et sic corpus morbo multo opportunius, quam folitis rebus circumstantibus, reddunt. Hæ corporis conditiones funt præfertim, ætas ingravescens; caput magnum; collum breve; obefitas; nimia corporis plenitudo; et ebrietas frequens. Harum rationem nunc ordine reddere conabor:

Ætas ingravescens .- Malum de quo agitur primam

16

mam raro adoritur ætatem ; plerumque enim tempore quod annum quadragefimum inter et fummam fenectutem labitur, occidere folet : quamvifque res nonnunquam aliter fe habuerit, hoc tamen nihil de lege generali derogat.

Quare ætas provecta huic malo præ juniore, opportuna existit, ex periculis Doctoris WIN-TRINGHAM, me faltem judice, exponi poteft: ex his enim arterias, fi venis componantur, majorem, progrediente vita, rigiditatem acquirere constat; hinc fanguis folito majore copia in venas propellitur : et hæ distenduntur, et tonum majorem arteriarum rigiditati æquandæ parem adipiscentur: fi autem ultra modum distendantur, tantum aberit ut vires, pro rata diftenfione, majores adipifcantur, ut etiam, cæterarum partium musculosarum instar, infigniter præter naturam infirmentur; et distensione adhuc majore adhibitâ, paralyfi demum afficiantur; qui quidem effectus in omnibus partibus musculosis, ultra

17

ultra modum diftentis, ex quadam œconomiæ animalis lege in univerfum oriuntur.

Et fane venas in ætate provectis fummum propemodum tonum ob diftentionem, quam, progrediente vitâ patiuntur, adipifci verifimile vedebitur : hinc fi cordis et arteriarum actio ex quavis caufa augeatur, venæ ulterius diftendentur : et tonum fuum partim amittent, ita ut fanguinis curfus per eafdem impeditus, aut faltem tardatus, reditui ejufdem in arterias faveat ; et hinc apoplexiæ impetum facile concitet ; eoque facilius hunc effectum edat, qùod capitis, præ cæterarum corporis partium arteriæ, in ætate provectis rigidæ, ac fragiles, exiftunt.

Caput magnum haud parum huic morbo favere nemo fanus negaverit : et licet variæ expofitiones elaboratæ et tanquam elucubratæ a variis auctoribus prolatae fuerint, rei tamen pathologia atrâ adhuc caligine mergitur : VAN SWIETEN C caput

caput magnum neceffarium colli brevioris effectum opinatur; et hinc, ipfo judice, ratio facile redditur, quare caput magnum homines apoplexiæ opportunos reddit : hæc autem rei enodatio minime, ut mihi videtur, admittenda eft : Iæpe enim colla longa capitibus magnis inftructa videmus. Hunc nodum, non fine magna diffidentia fequenti ratione folvere audemus.

Sanguinis circuitus intra cranium, fitu corporis erecto, alii paret naturæ legi, præter has, quibus in cæteris corporis partibus abfolvitur, ponderi nimirum aëris atmofpherici arterias carotides extra cranium, non autem intra prementis : hoc pofito, cùm venæ funt arteriis longiores : ex principiis hydraulicis eafdem, ad fanguinem per partes cranii internas, fitu corporis erecto, nulla vi cordis aut arteriarum adjuvante, vehendum valere manifeftum eft.

Cùm autem hæc vis, tandem erecto corporis fitu, fanguini reducendo infervit, neque impulfum

fum neceffarium impertit; caufas, quæ fanguinis curfum in cæteris corporis partibus abfolvunt eidem superadditas invenimus : hoc autem de arteriis folis verum est : venæ enim tuborum metallicorum inftar, actioni inhabiles exiftunt : fanguis igitur per easdem partim vi hydrostatica fupra memorata, et partim vi a tergo vehatur oportet : et hinc patet, quo longior est circuitus venarum, eo majore arteriarum vi opus effe ad fanguinem cum justo impetu per finus propellandum. Multae autem res in capite præter naturam magno reddunt vim, quam arteriæ fanguini impertiunt, minorem renixu, quem venæ et finus eidem opponunt: ob majorem enim arteriarum longitudinem in capitibus magnis, vis quam cor dat, magis fubigetur, antequam fanguis ad venarum initia pervenerit; hincque vis a tergo in capite præter naturam magno erit præter folitum parva: quamvis ob majorem finuum longitudinem, et præfertim ob curvaturas eorundem majores, majori arteriarum vi opus eft, quam in ex-

C 2.

em-

emplis ordinariis. Hic igitur renixus, quem major finuum longitudo, et curvaturæ eorundem profundiores vi a tergo opponunt, reditui fanguinis arterias verfus favebit, quod harum actionem augebit ; et rebus circumftantibus fecundis, effufionem efficiet : quanam vero ratione hæc apoplexiam excitat, exponemus, ubi de caufa proxima agetur.

Collum breve.---Vis circuitus fanguinis in partibus prope cor fitis eft major quam in remotioribus : hinc manifeftum eft, quibus collum eft brevius, iis cerebrum, vi fanguinis circuitus auctâ, multo magis præter folitum preffum iri, quam his, qui collo longiori inftructi funt : illisque apoplexiam, aut paralyfin, caufa excitante agente, facile concitari poffe, dum hi eifdem rebus circumftantibus, ab his malis immunes evaderent.

Obefitas.---HIPPOCRATES ipfe graciles diutius quam obefos vivere obfervavit; multi quidem enumerari

21

merari possent morbi, qui obesitatem causam fuam agnofcunt : nulli autem, qui originem fuam ex gracili ac macilento corporis habitu ducunt. Textus cellulofus cutem inter et mufculos, et omentum, funt precipuæ adipis fedes ; qui evidentur efficit, ut fanguis interiores corporis partes, cerebrum nimirum, pulmonem, ceteraque viscera versus pellatur; vasa enim quæ per telam cellulofam transeunt, adipe premantur oportet; hinc fanguinis per eandem transitus difficilior fiet; et halitus cuticularis fuppreffio, et abnormis fanguinis diffributio interiora versus subsequentur. Porro tota tela cellulofa adipe diftenta, et omentum omnia vafa vicina compriment ; et hoc modo ad eundem effectum præftandum haud parum conferent. Quanam ratione internarum partium plenitudo proclivitatem in apoplexiam facit, fatis jam patet.

Nimia corporis plenitudo.---Hæc inter caufas prædifponentes primum fere locum tenet : præcipue.

cipue hujus vitii causæ funt exinanitionum solitarum suppressio ; hæmorrhagiæ sive sponte, sive arte siant ; ignarum vitæ genus ; et diæta plenior.

Ratio, qua pleræque harum caufarum corporis plenitudinem efficiunt, adeo manifefta eft, ut nulla expofitione indigeat. Hæmorrhagiæ plenitudini, vires arteriarum extremarum minuendofavere videntur : his enim magna fanguinis jacturâ debilibus, excretiones omnes languide perficiuntur ; hinc egefta pro rata parte minora fient ; et nimia humorum copia brevi congeretur.

*Ebrietas frequens* ultima harum caufarum, duplice ratione agere videtur : vim enim cordis et arteriarum ultra modum auget; et inordinatum fanguinis curfum fæpius caput verfus faciendo, vafa proclivitatem ad actionem iftam inordinatam præter naturam acquirunt, quod hominem apoplexiae, caufis occafionalibus. etiam levibus admotis, obnoxiam reddit.

De

22

### De Occafionalibus.

Morbus nonnunquam adeo derepente impetum facit, et res circumftantes funt adeo obfcuræ, ut nulla caufa occafionalis percipi poffit ; interdum vero hæ caufæ fatis manifeftæ fiunt. Et precipuæ effe videntur exercitatio corporis vehemens ; tuffis et fternutatio; animi affectiones; calor externus; balneum calidum; ebrietas; crapula; quivis corporis fitus, qui curfui fanguinis per arterias in caput favet, reditumve ejufdem per venas impedit; ligaturæ circa collum; cervix fubito, vel diu rotata; cœli temperies et varietates; et polypi circa cor; de quibus paucula ordine jam dicemus.

*Exercitatio corporis vehemens.---*Jufta muſculorum actio fanguinis circuitui necefſaria eft, vehementior autem fanguinem folito majore vi et copia ad partes corporis interiores, qua quippe fanguis

24

guinis impetui minus refiftitur, impellit. Hoc docet pallor qui musculo se contrahenti semper fupervenit; quod manifeste pendet ex sanguinis quantitate, quam musculus amisit, quæque necesfario ad partes internas utpote minus renitentes defertur; cumque cerebrum cranio defenfum, omnium partium, preffurâ maxime immune exiftit; fanguis ibidem facilius quam alibi corporis accumulabitur : præterea preffus quem ipfi arteriarum trunci, musculis, inter contrahendum, tumentibus, patiuntur, haud parum ad hunc effectum edendum confert. Porro in omninifu corporis vehementiori infpiratio plena ac profunda femper fit, quæ non folum fanguinis reditum a capite impedit, fed etiam eundem per arterias carotides infigni vi ad cerebrum mittit : ob preffuram enim quam pulmo, aëre jam præter folitum diftentus, venis fanguinem ex eodem reducentibus infert, fanguis infigni velocitate in auriculam cordis finistram feratur : nec defunt exempla hominum quibus ex hac causa sanguis ex faciei

ciei vaſculis prorupit, et fimilis ſanguinis fluxus in vaſis internis, ſimiliſque arteriarum ruptura facile concipi poſſunt. Ad hoc caput referri poſſunt omnes pulmones niſus, ſive hi loquela vehementiore, cantu, aut inſtrumentorum muſicorum inſlatu fiant. Vis inſignis quâ cantus ad hunc morbum concitandum valet, exemplum nobis VAN SWIETEN tradidit. Celeberrima cantatrix VINDOBONAE quoties tonos quoſdam canere conaretur, vertigine corripiebatur, facies turgeſcebat, et rubore ſuſſundebatur : hincque ſuum vitæ inſtitutum relinquere coacta ſuit.\*

Tuffis et Sternutatio.---Hæ violentiores corporis agitationes haud raro apoplexiam concitarent: tuffi vehementiore facies flatim rubore fuffunditur, fanguinisque motus præter folitum intenditur; quod omnes fere norunt. Eruditus GREGORY exemplum in fuis prælectionibus nar-

#### D

rat.

\* Comment. Aph. 1010. 38.

rat, quod huic rei plus luminis, quam quodvis ratiocinium offundit puero, qui pertuffi laborabat, fanguinis fluxus caput verfus tantus exiftebat, ut oculi ob fanguinis in tunica adnata congeftionem lignum quod Anglice *Mahogany* nuncupatur, colore referrent. Rifus vel fletus eundem effectum interdum edere potuerint.

Animi affectiones.---Animi motus, qui huic effectui præftando pares inveniuntur, funt præfertim illi qui excitantes appellantur ; inter hos præcipue eminet ira, quæ in figni quidem actionis cordis et arteriarum et precipue capitis vaforum excitandæ vi pollet : excandefcenti facies rubore iræ indice fubito fuffunditur ; confimilis fanguinis impetus in vafis cerebri oboriens apoplexiæ, ut facile concipi poteft, haud raro anfam præbebit : nervorum infuper diftentio fæpe ex abnormi hoc animi effectu exoritur ; quod infigniter docet quantâ vi ira in fenforio et nervis pollet.

Galor

Calor externus.---Vix hic loci memorare opus eft quanta vi calor in totum genus vafculorum agit, quamque facile hunc morbum excitat, præfertim fi cum aëre corrupto, ubi plures fimul congregantur, conjungatur: ante focum luculentum fedentibus ftatus minori apoplexiæ fimilis obrepit; nec etiam optima fanitate utentes huic caufæ objecti languore ac fomnolentia immunes evaferint.

Balneum tepidum.---Hujus effectus partim ex caloris ftimulo, ut fupra jam expofuimus, et partim ex toto genere nervofo laxato, aut foluto, pendent : nec defunt exempla hydropicorum, qui tepidario immerfi apoplexiâ correpti fubito corruerunt.

*Ebrietas.---*Hanc caufis apoplexiæ prædifponentibus fupra jam annumeravimus; nec eadem rarius caufa morbi excitans exiftit : et fane ebrietas ipfa eft corporis et animi ftatus apoplexiæ plexiæ haud abfimilis; nec utriufque conditionis caufæ aliter quam gradu folo difcrepare mihi videntur : aucta vaforum fanguinem ad cerebrum vehentium actio ex faciei rubore et plenitudinis in capite fenfu manifefte patet : et hæc apoplexiæ varietas potius ex preffu, quem aucta vaforum actio cerebro infert, quam ex effufione pendere videtur.

Crapula.---Nulla caufa cognofcitur, quæ apoplexiam fæpius quam crapula excitat.

" Enfe cadunt multi, perimit fed crapula plures, " Hinc fubitæ mortes, atque intestata fenectus."

Nec hoc fatyricum fagacis HOGARTH peniculum fugere potuit. Hujus effectus, pariter ac fomnolentiæ, quæ ingurgitationi fupervenit, nonnulli rationem ex ventriculo ultra modum diftento aortam comprimente petere folent: parum autem evidens eft, talem effectum hac ratione fieri poffe, ni

ni ventriculus immanè diftendatur; eadem quippe fomnolentia animalibus, quæ nullam habent aortam poft cibum copiofe fumptum obrepit; ex preffura igitur aortæ illata, vix, aut ne vix quidem, pendere poteft.

Quivis corporis fitus, qui curfui fanguinis per arterias in caput favet, reditumve ejufdem per venas impedit.---His caufis annumerari debent corporis inclinatio, et decubitus cum capite præter folitum humili; tantus eft primæ harum caufarum effectus, ut nonnullis inter corpus inclinandum memoria penitus deficiat : talium autem fituum effectus ex confuetudine plurimum pendent.

Ligaturæ circa collum.---Hæ venas plus quam arterias, propter illarum fitum compriment, quod fanguinis curfum arterias verfus repellendo morbum nonnunquam concitaverit.

Cervix

Cervix fubito, vel diu rotata.---Hæc res a Doctore FOTHERGILL memorata quibufdam argutiola forfan videbitur : minime tamen negligenda eft : quo brevior fuerit ægri cervix eo major erit effectus : venæ enim jugulares breviores majorem diftentionem quam longiores capitis rotatione patiuntur.

Cæli temperies et varietas---Hæc affectio quibufdam annis, et tempeftatibus, præ cæteris adeo frequens exiftit ; ut a quibufdam pro morbo per populum graffante habita fuerit. Hoc cæli temperiei fubito, veluti ex frigida in calidam, mutatæ tribuendum videtur : hinc morbus frequentiùs vere, quam quavis alia anni tempeftate fe oftendit. Syftemate vafculofo exquifitius librato, fanguinis deftributio abnormis ftimulo caloris externi caput verfus fieri poteft : et hoc modo morbus ex hac caufa oritur verifimile eft.

Polypi

Polypi circa cor.---Quamvis pleræque harum concretionum, quæ tam fæpe in corde partibufque eidem vicinis reperiuntur, poft mortem formantur; nonnunquam tamen in corpore vivo exiftunt, variifque, non folum capitis, fed etiam aliarum corporis partium morbis et præfertim apoplexiæ, vel hemiplegiæ anfam facile præbent.

and a president proton and a second term

SECT.

#### SECT. III.

De Caufa Proxima.

QUAEDAM fenforii et nervorum conditio, qua vires eorundem actuofæ vel multum imminuuntur vel prorfus abolentur, hujus morbi caufa proxima habenda eft.

Hæc morbofa conditio duplici, ut mihi videtur ratione effici poteft ; fcilicet,

1mo, Preffu præter naturam cerebro, aut nervis illato.

2do, Viribus fedantibus corpori admotis.

Preffuram cerebro illatam, caufam morbo concitando parem exiftere probatur, animum advertendo

tendo ad cerebri conditionem cranii fracturâ inductam. Illustris BOERHAVIUS infigne nobis exemplum tradit quod hanc rem clarisfime demonftrat.\*

Homini vivo pars cranii fublata fuit, ita ut dura mater in confpectum venerit : preffurâ levi huic duræ matris parti admotâ, tinnitum aurium et fcintillas oculis obvolitantes æger cum vertigine percipiebat ; preffurâ majore adhibitâ, obdormifcebat ; et preffu magis adhuc aucto, clarè ftertebat : hinc dubitari non poteft, quin preffura caufa corporis conditione, de qua hic agitur, inducendæ par exiftat.

Cerebri preffura apoplexiam vel hemiplegiam efficiens ad quatuor fontes referri poteft, hi funt.

1mo, Vis externa cranii partem deprimens.

E

\* Prælect. vol. ii. p. 659.

2.00

#### TENTAMEN MONRO Degal

A TOLLE B

2do, Tumores intra cranium generati.

3tio, Vis fanguinis cerebri vafa diftendens.

4to, Sanguinis aut feri effuffio intra cranium.

ROU

De duabus posterioribus causis tantum agemus; duæ enim priores chirurgo concredendæ funt.

De modo, quo hæ caufæ morbum proximè excitant, variè inter varios pathologos disputatum eft. to the suive on the second second

sitenauti ma Creditum eft, et adhuc creditur, fluida in cerebri ventriculos, vel alias cerebri partes, effufa, in primo cafu, et vim fanguinis vafa distendentem in fecundo, morbum concitare, cerebrum comprimendo, hoc eft, in spatium minus evidenter coarctando; et quod hinc confequens est, vasa ipsa, haud amplius folito more fustentata, distendi.

1717.64

60

34

www.min fagax

DOLLARY TOTALS CO-

STUDDI DOITING TRUI

Celeberrimus autem Professor Monro negat cerebrum, durante vitâ ita comprimi posse, ut spatium minus manifeste occupet; vir enim fagax experimento simplice de industria ad hanc litem dirimendam facto, cerebrum in spatium minus coarctatum ... ) demonstrari posse, invenit.

Cerebri ovilli portionem infra aquam excifam ampullæ vitræ aquâ prope modum plenæ, eodem loci fitæ indidit; et in ampullæ cervice locum ad quem aqua affurgebat adamante notavit: deinde vafis collo veficam aëre diftentam firmiter affixit; quo facto, veficam infigni vi compreffit; nec tamen aqua vel minimum quidem depreffa fuit.

Hoc experimentum, ut opinor, extra omnem dubitationem probat, cerebri fubstantiam nulla vi cordis et arteriarum actione illatâ ita comprimi posse, ut spatium evidenter minus occupet.

E 2

Hinc

Hinc fequitur fanguinis quantitatem in capite exiftentem augeri non poffe, ita ut incrementum fenfibus noftris percepi poffit, quamdiu cerebri fubftantia integra, et cranii parietes in ftatu naturali perftiterent, copia licet fanguinis major, quovis dato tempore, ob majorem vaforum actionem per idem tranfeat.

Apoplexia igitur pendere non poteft ex compreflione cerebri molem evidenter imminuente : cùm autem morbum ex preflu cerebro illato oriri pro certo conftat ; laticem in ventriculos vel alias cerebri partes effufum, et vaforum conditionem nullo alio operandi modo evidenti morbum inducere concludamus oportet.

Gerebri ovilli portionem intra aquam excilam

2*do*, Caufa apoplexiæ proxima viribus fedantibus corpori admotis induci poteft.

Hujufmodi caufæ funt vapores *bydrargyri*, plumbum, aliaque venena metallica ; opium, alcohol

cohol et multa alia *narcotia: gas* acidum *carbonicum*, aliique vapores *mephitici*: quibus annumerari poffunt vires frigoris fedantes, cerebri concuffio, ictus electrici, et quidam animi affectus: et inter has pathemata deprimentia, quorum nonnulla morbum recté inducunt.

Has, et hujufmodi caufas, apoplexiam concitare minime dubitari poteft; quali autem modo in cerebrum, et nervos, agant, qualefve fint mutationes, quæ efficiuntur, ignorare me fateor.

SECT.

a star manifes determines

SECT. IV.

De Morbi Ratione Medendi.

CURATIO ex jam dictis in tria confilia quasi sponte se dividit.

Has, et hujulmodi caniza, apoplexiam conc

I. MORBO VENIENTI OCCURRERE.

H. PAROXYSMUM PRAESENTEM TOLLERE.

III. HEMIPLEGIAM, QUAE CONSEQUITUR, AMO-VERE.

efficienty ad pieneudatem toisendam outant d

PRIMUM CONSILIUM abfolvitur vitando caufas excitantes, ex quibus periculum præcipue et proxime pendet; et corrigendo proclivitatem, quatenus hoc fociatis regiminis et medicamentorum viribus fieri poteft. Horum ufus violentia fignorum, aegri ætate, corporis habitu, et varia con-

39

confuetudine, gubernari, ac moderari, debet : cùmque vaforum cerebri plenitudo fit caufa prædifponens, ex qua paroxyfmus inftans præcipue pendet, ad illam tollendam totis viribus incumbere debemus; varia fuppetunt remedia, quibus hic finis abfolvitur; præcipua funt fanguinis detractio; medicamenta cathartica; fetacea et fonticuli; tonfura capitis; errhina; dieta; et exercitatio; de quibus paucis figillatim agemus.

Quamvis nullum fit remedium præfentius aut efficacius ad plenitudinem tollendam quam detractio fanguinis, cum tamen corpus folvit, laxat, et idem malo opportunius reddit peffima ex ejufdem ufu timenda, nec unquam in cafibus ordinariis adhibendam cenfemus : in exemplis autem gravioribus, quibus paroxyfmus inftat, eft certe auxilium, cui foli confidere poffumus, cujusque ufu tempeftivo maximæ aegrotanti fanitatem recuperandi fortes erunt. In exemplis ubi de fanguine detrahendo ancipites hæremus, hirudines

40

hirudines temporibus admotae, vel occipitis fcarificationes confilio quam optime refpondebunt.

pue pender nd illein willen.

Cùm alvi purgatio peculiari in fanguinis curfu a capite avertendo vi pollet, eandem fini noftro bene accommodatam putamus : acriora autem cathartica nunquam nifi in gravioribus exemplis danda funt ; quia fanguinis curfum nimis feftinando plus damni interdum quam boni afferre poffunt : mitiora igitur, qualia funt pulvis jalappæ compofitus, et potaffa tartarizata anteponenda fenfemus ; hujufmodi mitiora, femel feptimanâ data, menfes, vel etiam annos, præfcribi poffunt.

Setacea et fonticuli ad generalem corporis plenitudinem minuendam plurimum prodeffe poffunt ; et pofteriori colli parti, fi optio noftra fuerit, indenda fuaderemus ; Profeffor GREGORY exemplum tradit hominis, qui magno hujufino-

di fonte pifi ope copiofe manente, dieta parca, et alvi purgatione, apoplexiæ impetu per plures annos immunis evaferat.

Tonfura capitis, præfertim fi caput fimul frigida fæpius lavetur, haud afpernandâ in paroxyfmo arcendo vi pollet.

Errhina femper, ni aeger antea eis affuetus fuerit, vitari debent: et hic etiam, caute præfcribenda funt: copiaque paulatim minuenda eft, donec tandem fine periculo penitus fubduci queant. Sunt qui eadem, ob copiofam muci excretionem, quam efficiunt, capitis vaforum plenitudinem minuere contendunt: quantum autem hac ratione profunt, tantundem fanguinis curfum caput verfus per ftimulum fuum faciendo, obfunt.

Porro alia fuppetunt auxilia, quibus tefte experientia, paroxyfmus certius arceri poteft; hæc F funt

funt diæta parca, et exercitatio idonea peritè ordinatae.

Diaeta omnigena nimis ftimulans, quales funt carnes, quæ per fe faciem rubore fuffundunt, condimenta, butyrum &c. caute vitanda eft; et hujufmodi rerum ftimulantium vice, cibus ex frugibus mitioribus paratus concedi debet. Abftinendum eft quoque ab omnibus potionibus meracioribus, vino nimirum, et liquoribus fpirutuofis, ac fortioribus fermentatis. In omnibus autem cafibus cerevicia tenuis, quippe quæ alvum leniter laxat permitti debet, et aquæ anteponenda videtur.

Hæ tamen regulæ aetate provectis et victui pleniori affuetis minus rigidè præcipiendæ funt; hi enim aegri ftimuli foliti imminutionem non fine moleftia, vel etiam periculo ferre valent: in hujufmodi igitur cafibus, cibus præfertim ex carnibus tantum minuendus eft: coenæque ex his paratæ

where and measure and the part in the restarcosts

ratæ penitus prohibendæ funt. Porro fi potionibus meracioribus quotidie affueti fuerint, pauxillum ipfis concedi debet.

i elevin showing a set (

Exercitatio licet omnium remediorum in hoc morbi ftadio longe optimum, fi tamen nimia fuerit, et præfertim fi aegrotans obefior, vel aetate provectior fit; haud raro caufa morbi excitans fieri folet; ut fupra expofuimus; iftiufmodi igitur aegris cautiflime adminiftranda eft : exercitatio debet effe ea, quæ halitui cuticulari fuftenendo par exiftit; nec unquam tanta effe debet, ut refpirationem acceleret, aut corporis calorem intendat.

Si aegri ad ambulationem non valent, geftatio primo in rhedâ, et poftea, quando plus virium habebunt in equo fedulo ufurpanda eft : nec raro poft hoc ambulationi pares evadent. Exercitatio lenis, crebra tamen effe debet, et fatis diu adhibita ; hoc enim modo fanguinis curfus ad corporis

44

corporis superficiem dirigitur; et plenitudo occurritur.

Una cum his auxiliis justus frigoris gradus proderit : aegerque capite folito altiore dormire debebit.

II. PAROXYSMUM PRÆSENTEM TOLLERE.

Paroxyfmo aftante, aegro veftes flatim exuendæ funt; et feneftris & c. apertis in aëre frigido, et fitu erecto, collocari debet; interea cavendum ne hominum turba, quippe quæ aërem corrumpit, et calefacit, circa aegrum congregetur; quo facto, varia auxilia ad preffuram cerebro illatam, fanguinis nimirum detractio, medicamenta cathartica, emetica, et exulcerantia, flatim adhibenda funt.

Sanguinis detractio in omni apoplexiæ vel hemiplegiæ exemplo, quod ex hýdropifi, vel ex potentiis fedantibus non evidenter pendet, ftatim

tim ufurpanda eft : et confuetudo fuit fanguinem mittere ex venis jugularibus, vel fi hoc fruftra tentatur, ex arteriis temporalibus, vel denique, fi hæ pertundi non poffunt, quævis corporis vena ftatim incidi debet. Haec exinanitio, corpore erecto, quippe quod confilium noftrum manifefté adjuvabit, perficienda eft : fanguifque prima vice, ad uncias fexdecim, vel viginti mittatur oportet.

Interea detractio fanguinis topica minime negligenda eft; hæc vel hirudinibus occipiti admotis, vel fcarificatione, vel denique cucurbitulis cum ferro fieri poteft; haec autem, quippe qua fanguis citius detrahitur, anteponenda eft. Nonnulli, uno corporis latere gravius affecto, fanguinis ex latere contrario detractionem plus profuturam crediderunt. Omnibus his modis fanguinis detractio non folum generalem corporis plenitudinem, fed etiam, quod hinc confequens eft, impetum ejufdem cerebrum verfus ftatim imminuet.

Alvi

#### . TENTAMEN

Alvi purgatio femper cum fanguinis detractione conjungi debet : et eandem inter prima remedia huic malo accommodata exiftere, ex antea expositis facile constabit : fi devorandi vis fuperfit, cathartica ore dari oportent: fin minus, enemata acria injicienda funt.

entration all exclorers torsis or optimite

. Vomitio præterquam in cafibus, qui ex nimia ventriculi distentione pendent, nunquam, astante paroxysmo, permitti debet: quia vomendi actione facies non folum plenis tumefcit, et rubore suffunditur; sed etiam oculi lacrymas effundunt, et sanguine turgidi fiunt, et scintillæ sæpe ipsis obvolitant; aegerque ob fanguinis impetum in cerebro auctum vertigine corripitur : et respiratione per vomendi actionem impedita, latus cordis dextrum se facile deplere non valet : et hinc venæ, quæ sanguinem ex capite reducunt, turgefcunt. it made and a should be show a store

titt in the section while some provide scitt, perman Medicamenta exulceratoria cum maximo comporeft.

modo,

modo, præfertim partibus capiti-vicinis, pofteriori nimirum colli parti, vel pone aures imponi poffunt; curfum fanguinis a partibus internis ad externas faciendo prodeffe videntur.

Si morbus ex diathefi hydropica oriatur, medicamentis catharticis, et exulceratoriis, optime tractabitur.

Si apoplexiæ infultus potestates sedantes caufam agnoscat, morbus principiis diversis ab his de quibus supra egimus, curandus est.

Quando venenum, quod morbum excitat, recens in ventriculum recipitur, vomitum interdum cito efficiet : hic vomitus promoveri debet ; quando autem venenum vomitionem non ciet, vomitoria, quæ fubito operantur, Zinci nimirum *fulphas*, &c. ftatim adhibenda funt. Contra autem, fi venena diu in ventriculo, nulla vomitione excita, permanferint ; nihil commodi ex emeticorum ufu percipi poteft :

# ATENTAMENI

48

poteft: cùnique nulla fit ratio, cur cerebrum in hujufmodi exemplis, fanguinis circuitu premi credamus, hoc tantùm annitendum ut æger aëre frigido, aliifque ftimulantibus, quorum præcipuum videtur frigida, faciei aliive corporis parti, effufa, excitetur.

vere non alight a was it such as a month of the second of the second of the second sec

And Statistics Page Adding the Statistics

Si paroxyfmus hemiplegiæ formâ adoritur, medendi ratio, ideo quod caufæ funt eædem ac in apoplexia idiopathica, prorfus eadem fit oportet : et quando hemiplegia apoplexiæ fupervenit, eft cur cerebri preffuram in aliquod tempus poftea fupereffe credamus. Hoc clarius patebit ex CuL-LENI verbis, ubi dicit, "Where a fit of apo-" plexy has gone off, and there appears a flate of " palfy appearing as a partial affection only, it " might perhaps be fuppofed that the origin of " the nerves is in a great meafure relieved ; but

. HAR STYNE IN STRAITS WIN the sound will in

in fo far as commonly there ftill remain the
fymptoms of the lofs of memory, and of fome dedegree of fatuity, thefe, I think, fhew that the organ of intellect, or the common origin of the
nerves, is ftill confiderably affected."\*

Quamdiu igitur hæc figna perftant in eadem medendi ratione, quam in apoplexia commendavimus, plus minus ftrenue adhibitâ prout figna poftulaverint, perftandum erit.

Ratio autem medendi omnino diversa fit oportet ;

1mo, Quando morbus in tempus infigne protrahitur.

temper plus minus preceptent, ad hand, inter

2do, Cum figna cerebri preffuram indicantia, tollantur.

3tio

\* First Lines of the Practice of Physic, 1145.

ettar. munde malum ex fedantibus orifi cognotettar. munebu suquera means summer put shurt munum control oles conjuncta

"In hujufmodi enim exemplis preffuram cerebro fublatam ponimus; dum læsio sola perstat: quod optime illustratur tali cujufvis nervi preffurâ, qualis dotes ejusdem naturales non perdit : tune enim in parte, in quam nervus diffunditur, torpor fentitur, qui quamdiu preffura adhibetur, augeri perstat : hic autem effectus, pressura sublata, non tollitur, fed paulatim minuitur, donec partes tandem ad functiones naturales reftituen-In istiusmodi igitur casibus remedia, quæ tur. commendari folent, funt flimulantia, eaque præfertim, quæ in fystema nervofum folum agunt. Cum autem morbi ad redeundum proclivitas femper plus minus præceps fit, ad hanc, inter stimulantia danda, animus sedulo adverti debet. Haec stimulantia funt vel interna vel externa.

an ingis autem ufus admodum anceps videtur anstratim fimulande nerbure reducere poteft

Externa.---Magna horum varietas commendata fuit : fequentia autem præcipua videntur : aqua nimirum ammoniæ caufticæ oleis conjuncta : hujufmodi præparata, partes quibus admoventur, infigniter calefaciunt; ammoniæ pariter errhinum præfcribi poteft. Horum autem medicamentorum princeps eft finapi, eidemque maxime fidendum eft; cavendum autem ne partes exulceret. His conjungi poffunt cantharides, ita tamen ut cuticula in veficulas non turgeat : fpiritus vinofus campboratus ; urticarum punctio; frictio vel ftrigili, vel pannc laneo; et calor.

## "ur. In iffutimodi isitur calibus remedia quie

Quando morbus ex viribus fedantibus oritur, frigus frigidarii forma præscribi debet : hoc autem in tempus breve tantum, ususque ejus effectibus, quos ederit, gubernandus est.

#### funciantia danda, anums fedulo adverti deber

Aura electrica apud quosdam in pretio habetur : hujus autem usus admodum anceps videtur, vafa enim stimulando morbum reducere potest.

G 2

Excroitatio

Exercitatio denique nunquam omitti debet; namque veluti fama, aegrotus hoc malo labos ransinato infini efficio suput to matchequit infini - entre data Varia aroma "Mobilitate viget, virefque acquirit eundo."\*

Cæterifque omnibus longè gestatio eminet; non folum quia aeger viribus propriis se exercere nequit; sed etiam quia stimulus virium quæ in gestatione exercentur, mediocris, et idcirco tutus, existit.

Præter haec autem animus ad partem affectam nunquam non adverti debet; hæc fæpius movenda eft: fi aegrotans ad hunc motum non valet; nihilo tamen minus moliendum eft: quia nullus licet motus fequatur; actio tamen voluntatis inter ftimulos efficacifimos, et maxime naturales, qui adhiberi poffunt, exiftit.

· PISTON

Interna.---Carbonas ammoniæ dari folet; hujus autem medicamenti effectus plerumque parum efficax comperietur. Fruges ex classe Tetradynamià

tradynamià plura medicamenta fiimulantia interna, quæ cum felici interdum excitu daptur nobis fuppeditant, et hujus claffis inftar omnium funt finapis femina integra data. Varia aromata commendata fuerunt : cùm haec autem infigni in ftyftemate vafculofo vi agunt, omittenda videntur. *Guajacum, terebenthina*, variaque medicamenta foetida fubinde data fuerunt, his autem fidere nolumus. *Cinchona officinalis* et ferrum eodem confilio, fed fruftra, adminifirata fuerunt.

Præter haec autem animus ad partem affec-

<sup>20</sup>Dénique quod omnium horum ftimulantium internorum ufum attinet, eundem femper fufpectuin habere debemus: fumma femper prudentia danda funt: incaute enim adhibita tantum abelt ut profint, ut morbum nonnunquam concitent.

Interna.---Carbonas ammonia dani folet, hu pus auten medicamenti effectus plerumque parum efficas comigriera i Proges ex claffe Testadynamis

315V "

#### CORRIGENDA.

Pag. 2. lin. 1. pro veniente lege venienti. 6. — 10. pro hemephlegia lege hemiplegia. -- -- 14. pro necquiquam lege nequicquam. 7. - 12. dele (,) -- - 19. pro concitatur lege comitatur. 8. - 14. pro descenderit lege descenderat. 12. — 12. post ralysi adde haud. 16. - 3. pro occidere lege accidere. 18. --- 19. pro tandem lege tantum. 21. --- 7. pro ceteraque lege cæteraque. 22. --- 3. pro ignarum lege ignavum. --- --- 19. pro obnoxiam lege obnoxium. 25. --- 14. pro concitarent lege concitarunt. 26. --- 2. pro offundit puero lege offundit ; puero. 30. --- 8 et 11. pro cæli lege cœli. 36. - 5. pro perstiterent lege perstiterint. 40. --- 12. pro sensemus lege censemus. 41. -- 1. pro manente lege manante. --- -- pro dieta lege diæta. 46. - 5. pro oportent lege debent. 47. -- 17. pro excita lege excitata. 48. -- 6. pro effusa lege affusa.

plain indifican

#### CORRIGENDA

Pag. 2. In. 1. pro vemente les venients. - 10. pro homephicgis lege homivlegia 14. pro neuquiquam leer noquicquam - 13. pro defernderit for cefcenderat 25 --- 14. pro concitarent des conditation A et 13. pro call lege of li 30. -- ", pro pertifice ent lege pertiterini

- 6 pro el la recontrula

